

sentes & asseffores fuerunt Prophetæ & Videntes, ab iisdem iterum fuisse collecta. Qualis quæso inter isthac nexus? qualis convenientia? An credendum, Prophetas, si in Synedrio præsentes, imo asseffores fuerint, concessuros fuisse, ut libri Θεόπνευστοι dispergerentur? Alia ut taceamus.

§. XL. Restat *ultima Quæstio*, num Prophetæ & Videntes suis *Quæstio V.* collectionibus, quas illis assignat *Cl. Vir*, potuerint perficere Canonem? *An Prohe-*
tæ collectio-
 Iam ille scribit, perficere Canonem multifariam posse accipi, *nibz qui-*
 & remotis illis notionibus, quas non hujus loci esse autumat, *deni lusdam po-*
 que, inquit, perficere Canonem idem est, ac scriptum αὐτοῦ γέγραφον & tuerint per-
 Θεόπνευστον vel ejus partem jussu divino Ecclesiæ jam exhibitam, *etficere Ca-*
injuria temporis aut negligentia hominum ad tempus dispersam, di-
novo Ecclesiæ offerre, ut iterum suo inseratur autographo, aut, si pecu-
liaris liber fuit, reliquis libris Θεόπνευστοις inseratur. Sed 1) hic
 multæ cumulantur petitiones principii, & quasi jam confecta & certa
 præsupponuntur, quæ tamen adhuc probatione indigent. 2) Illud
 esse perficere Canonem, constanter pernegamus, sive vocem Canonis
active sive *passive* intelligamus, uti antea sat probavimus (a), licet
 verba nostra cum sua sententia conciliare perperam conetur. Quis
 enim persuaderi sibi patietur, librum Θεόπνευστον, ab alio consigna-
 tum, Ecclesiæ offerre, idem esse ac perficere Canonem? 3) Sin *Dn.*
Auctor existimat, Ecclesiam, cui offertur tale Scriptum, Canonem
 perficere, periculum est, ne Pontificiis justo propius accedat, qui tan-
 tam auctoritatem Ecclesiæ tribuunt (b). 4) Nec opus fuit, ut *Cl.*
Vir ad verba: *in Canonem redigenda*, adderet: *tanquam eo per-*
pertinentia, Sc. cum satis notum sit, nulla scripta in Canonem redacta
 esse, nisi quæ eo pertinuerint.

SECTIO II. SPECIALIS.

De quorundam Librorum Canonicorum Collectionibus.

§. I. His itaque expeditis, breviores hic lineas ducere licebit. *De clausu-*
 Quod *clausulas Deuteronomii & Libri Josue* concernit, de quibus §. *lis Deute-*
 XII. Diff. nostræ egimus, si, ut *Dn. Adversarius* judicat, (c), ipsi non *ronomii &*
 contradicimus, cur eas suis בָּעֵלִי אַסְפּוֹת tribuit, atque inter alias *Libri Jo-*
 Collectiones exempli loco adduxit (d)? Si porro §. XIII. cum eo non *suæ.* *De Samue-*
 pugnat, quare *Samuelem, Nathanem, Gad* aliosque illis בָּעֵלִי אַסְפּוֹת *De Samue-*
 accensuit, quos tamen Librorum Canonicorum collectores fuisse, abs- *le, Natha-*
 que sufficienti ratione dictum, asseveravimus? *ne, Gad,*
aliis, an
בָּעֵלִי אַסְפּוֹת *sint*
בָּעֵלִי אַסְפּוֹת

(a) Disp. nostra p. 42. seq. (b) vid. præter Theologos ibid alleg. JOH. GERHARD. Loc. Theol. Tom. I. Loc. de Script. S. p. 7. (c) Ant. Nov. A. 1728. p. 477. (d) ib. A. 1727. p. 112. sq.